Nº 226

N 24
10

H – 24 – 140

BIBLIOTECA
DE LA
UNIVERSIDAD
Y PROVINCIA
DE
ZARAGOZA.
Nº
Est. Tab.

# DE ANNI RA-
# TIONE, SEV
## COMPVTO ECCLE-
## SIASTICO LIBELLVS SE-
cundum veterem & nouam ra-
tionem.

A MICHAELO BEREN-
gario, Artium Magiſtro in OSCENSI Vni-
uerſitate humanarum literarum
profeſſore edi-
tus.

AD ADMODVM ILLV-
ſtrem dominum Ioannē Marcum Ar-
chidiaconum Cæſarauguſtanum Daro-
cenſis Eccleſiæ præſidem,
Vtriuſq; Iuris docto-
rem.

ct. n.º 2267

OSCÆ,
Excudebat Ioannes Perez à Valdi-
uielſo, Oſcenſis Academiæ
Typographus,
1586.

UNIVERSIDAD Y PROV.
BIBLIOTECA
DE ZARAGOZA

IOannes Vaguena Iurium Doctor,& pro multum illuſtri, ac reuerendiſſimo domino Martino Clareguerh de Cancer, Epiſcopo Oſceñ. Prouiſor generalis, & Officialis Eccleſiaſticus Epiſcopatus Oſceñ. concedimus facultatem imprimendi libellum iſtum de Ratione anni, ſiue Eccleſiaſtico Cōputo, per Michaëlē Berengarium humanarum literarum profeſſorem editum. Dat. Oſcæ 3. No. Auguſti, anno Domini 1586.

D. Io. Vaguena Prouiſor.

# ILLVSTRI ADMODVM, ADMO-
dumq; reuerẽdo domino Ioanni Mar-
co, Archidiacono Cæſarauguſtano digniſsi-
mo, Darocenſiſq; Eccleſiæ præfecto,
vtriuſq; Iuris Doctori inte-
gerrimo.

MICHAELVS BERENGARIVS
Artium Magiſter liberalium diuturnam
exoptat ſalutem, ac feli-
citatem.

INTER multa, quæ mihi ab in eunte ætate fortunæ euenere incõmoda, quæ maxima fuiſſe fateor: hoc vno, quod in tuorum ſtudiorum tyrocinijs tibi operam dederim: in laboreq; Grammaticæ inſeruierim: me fortunatum auſim nuncupare. Ex illo enim tempore me reſq;

meas, clementer amplexus es; tuumq;
in me ſtudium grauiſsimum ſemper
extitit. Quo ſi quid eſt in me ingenij,
quod ſentio, quam ſit exiguum, id to-
tum in tuo conſumere obſequio nun-
quam deſinam; idq; fuit ſemper mihi
in animo tuorum ab initijs ſtudiorum
ſtatutum, fixumq;, vt à tua nunquam
diſcederem voluntate. Ex quo quidem
tempore tuum admiratus ingenium,
tuam in capeſſendis diſciplinis curam,
dexteritatemq; ad magnam te peruen-
turum ſplendoris dignitatem, gloriæq;
amplitudinē ſemper exiſtimaui. Quæ
quidem haud me falſum habuit opi-
nio: tua namq; ſingulari factum eſſe vir
tute, admirabiliq; ſapientiæ ſtudio cō-
ſtāt: vt ſummo dignitatis gradu digniſ-
ſimus putareris. Quo circa te ille,
cuius inter nos veneranda nunquam
intercidet memoria: Catholici Regis

ex filio nepos, illi nomine, moribus,
ſanctitateq; ſimilimus Ferdinandus ab
Aragonia, ad hanc te dignitatem con-
ſcēdere, quæ totius diœceſis primæ pro
xima iudicatur: maiorem, ſi ſors tuliſ-
ſet, collaturus, conſtituit. Cumq; illa,
quibus celebratiſsimum inter morta-
les nomen comparatur: ſi diligit mul-
titudo: ſi fidē habeat: ſi cū admiratione
magna dignum laude iudicet: in te co-
pioſiſsime reperiantur: tanquam veræ
virtutis fructum es gloriam conſecu-
tus. Quo ſi tibi ſubiici, tuaq; eſſe in fide,
clientelaq; vniuerſi cōcupiſcant: nulli
mirabile viſum iri arbitror. Ipſe præ-
ſertim, & merito: cum enim per trigin-
ta, aut his plures annos Cæſarauguſta-
nis in Scholis humanitatis diſciplinas,
haud equidem ſegniter (vt omnibus
plane conſtat) ſed infeliciter profeſſus
fuerim: quas nō minus quam patriam

 dili-

6

diligebam, ac venerabar: ab his diſcedere, te ſolo patrono, defenſoreq; relicto ſum coactus. Quo tãtum tibi debere, quantum hominem homini: etſi quicquam in mortalium genere maius poſsit excogitari; id quoq; debere dicam: confitebor. Quare cum quo tãtis reſpondere poſsim meritis, nihil ſatis dignum occurrat confeſsione tamen, quæ, cum deſunt vires, laudanda eſt: reſpondebo. Cùm igitur hunc de Anni ratione, ſeu de Computo Eccleſiaſtico libellum edere conſtituiſſem: ſub tuo nomine apparere decreui. Non vt aliquam illo promerear gratiam, ſed vt grati ſit animi ſignificationem habiturus: tuorumq; in me beneficiorum memoriã conſeruaturus. Nec gloriæ cupiditate, quã ſemper cõtemnendã cẽſui, ſed cũ vſualia quædã, quæ omnib9 ſint accommodata, rerũ ſtudioſis cõtineat,

mu-

muneribuſq; ſacris fungētibus quaſi ne ceſſaria, ſum cōmotus: & ſi quid ſciendi cupidos ope iuuare poſsimus, officiū impellit. Ea enim cura diſciplinas profitentibus futura eſt; vt quantum pro ingenij facultate ſtudioſis prodeſſe poſſint: elaborent. Ad quod etiam chriſtiana impellit religio; vt nobis ſi quid eſt ingenij, cuncti fiant participes. Hanc igitur quæſtionem, non tam iucūdam, quàm neceſſariam ſecundum vtramq; rationem, antiquam ſcilicet, & Gregorianam, in publicum proferre decreui. Antiquā ſiquidem, quod nōnunquam fit; vt vetera quibuſdam ſint inquirenda caſibus. Quod ſuperioribus accidit annis; vt in retro actis, quo die Paſcha fuerit celebratum annis, inquireretur. Gregoriana autē futuris ſeculis eſt neceſſaria. Atq; quo omnes hoc fruantur labore, vulgari paucula ſermone ede-

re, cum aliqui mihi familiaritate con-
iūcti cuncta cēſuiſſent, cōſtitui. Verum
cum multos ab hinc annos, docēda La-
tinæ linguæ Grammatica vitam con-
triuerim: non mihi ſatis honeſtum fo-
re, ſi ſermone populari protuliſſem, pu-
taui. Qui præterea profeſſuri ſunt, aut
orationem intelligunt Latinam, aut in-
telligendæ operam nauant. Quam ſit
hæc rerum cognitio vtilis, & honeſta
illis iudicandum relinquo, qui quātum
ſit, iſta cognoſcere, ſerio animaduertūt.
Accipe igitur, admodum illuſtris Ar-
chidiacone, vtriuſq; Iuris Doctor ſapiē-
tiſsime, hoc qualecunq;, non ſatis tuo
dignum nomine munuſculum: hoc cō
mentū, nonnullo conſtructū labore, vti-
litati complurium: atque ob id ipſum,
quod tuo ſit dicatū nomini, cum à ple-
riſq; nullius eſſe pretij, operaq; contem-
nenda iudicetur: aliquam videatur ha-
bere

bere auctoritatem: in publicumq; tuo ſignatum nomine libere valeat perua-gari.

## AD EVNDEM ADMO-dum illuſtrem Archidia-conum diſcolos tetra-ſtrophos.

*

Actatus tumidis per mare fluctibus
Portum, quem teneat, nauita quæritat:
Conſpecto, properat tendere naufraga
Nauis ne pereat, timens.
Perfractis agitor per freta nauibus:
Quærenda eſt ſtatio, fidaq; manſio:
Ad quam confugiam vulnere ſaucius:
Fortunæ mala perferens.
Excelſo procul apparuit in loco
Portus: quem repetam turbi ne concitus
Illuc fert animus, vota reflectere,
Sors nunc ſi dederit mihi.
Pacato liceat littore perfrui
Ad quod noſtra rates tendere percupit:
Expulſis tenebris, luceat igneus
Sol clara mihi lampade.

# AD EVNDEM AVCTOris Monocolon.

*

Ante quies dabitur cælo, quo cuncta mouetur:
Quam tua per terras delebitur ignea virtus.
Ante fluent retro latices in viſcera terræ:
Quam probitas fulgens cælo ſublata peribit.
Ante feret ſegetes meſſori bruma colono:
Quam tua mortali labentur pectore facta.
Ante lupos pecudes quærent in prata voraces:
Quã tua ſubueniens miſeris clemẽtia deerit.
Ante truces agni rapient in bella leones:
Quam tuus è noſtro labatur pectore vultus.
Ante Iris cyclum pluuios protẽdet ad Auſtros:
Quam mea Muſa tuũ nomẽ cãtare relinquet.
Ante mare oſtendet nudos in littore piſces:
Quam memor eſſe ſinã collati muneris in me.

# TRACTATVS DE COMPVTO.

COmputus à computando dicitur, & ars manualis, quod ſiniſtra manus ſit computãdi inſtrumentum.

Computus duplex eſt, aſtronomicus, qui Solis, & Lunæ curſu temporis varietatem demonſtrat: vulgaris, ſeu Eccleſiaſticus eſt ratio quædam, regulas vſu alia quædam demonſtrantes, tradens. Quem diuus Auguſtinus inter quatuor Eccleſiaſticis neceſſaria conſtituit. Dixit enim Grammaticam, ad Dei verba exponenda, neceſſariam eſſe: & muſicam, ad Dei Laudes decantandas: & Canonicum Ius, ad Eccleſiaſtica diſcernenda iura: & Computum, ad feſta mobilia inuenienda. In hac quæſtione quatuor præcipua explicantur: circulus decem nouenalis, vel Aureus numerus, vel Lunaris, &

cir-

circulus Solaris; & quo quæq; feſta mobilia die in anno ſint celebranda: atq; Lunæ æuum, & locus Lunæ in Zodiaco. Lunaris circulus, qui & decem nouenalis dicitur: Aureum indicans numerum, primo eſt explicandus. Sed cum ex decem & nouem conſtet, eſt quæſtio: quidam quod Luna eo tẽporis ſpatio omnẽ expleat mutationem cum Sole, & cæteris Planetis cẽſuere. (Sed meo quidem iudicio) hęc ratio nulla eſt: id nanq; ſi verum eſſet, Lunæ, & Solis defectiones in circulo eodem reuerterent ordine: & facile quilibet poſſet inuenire. Sed reor eſſe cauſam, quod anni Solares, & Lunares eodem ſpatio, menſe, & die terminentur. Atq; vt id apertius pateat, obſeruandum eſt, triplices eſſe menſes, annos duplices. Menſes ſunt Lunares, & Solares, & Vſuales. Lunaris menſis eſt illud temporis interſtitium, in quo poſt Solis cõiunctionem per duodecim means ſigna, iterum Soli Luna coniungitur: quod viginti nouem fit diebus, duodecim horis, quadraginta quatuor minutis primis, tribus fere ſecundis: vulgò triginta diẽbus. (Nam Luna Zodiaci curſum viginti ſeptem perficit diebus, octo ferè horis) quare in Calendario ſumma alternatim vigeſima nona, & trigeſima collocatur. Solis menſis, quẽ aſtrologi tropicum vocant, eſt illud ſpatium, in quo Sol vnum cæleſte ſignum ſigniferi peragrat:

quod triginta diebus, horis decem, viginti nouem minutis primis, ſex ſecundis horæ perficitur. Vſualis verò menſis eſt; quem in Calendario ſeruatum habemus à Romanis cōſtitutum: quem vniuerſa obſeruat Ecclesia. Duplex eſt annus: Lunaris, & Solaris. Lunaris (relicta eorum ſententia, qui aſſerebant, Menſem Lunæ Annum appellari) conſtat ex duodecim menſibus lunaribus: quem annum Numa Pompilius, ſecundus Romanorum Rex, conſtituit: vt in ſequentibus explicabitur. Solaris verò annus ex duodecim menſibus ſolaribus conſtat: qui ſupra Lunarem vndecim abundat diebus, quas Græci Epactas, Latini Additiones appellāt. Ex his vndecim diebus in tertio circuli anno menſis conflatur Lunaris: qui ex triginta conſtat diebus, tribus excedētibus, qui mēſis emboliſmus (hoc eſt) intercalaris dicitur. Annus etiā emboliſmus appellatur, cui menſis ille additur: qui tredecim menſes Lunares habere dicitur. Eodem etiam ordine in ſingulis annis circuli ſunt addendi vndecim dies: ex quibus, cum ad triginta peruenitur, menſis eſt conſtituendus, & abundantes cum reliquis ſunt connumerandi, ad decimum vſque nonum: quo anno ex vnius diei additione annus Lunaris cum Solari terminatur. Et Lunaris incipit cum ſequenti, & Luna eundem poſsidet locum in Zodiaco cum

Sole (hoc eſt) nunc decimum Capricorni gradum. Itaq; hic Lunaris circulus dicitur, quod decem nouem annis annus Solaris, & Lunaris eodem concludantur die. Ad hunc extrahendum circulum, vel Aureum numerum, vt intelligamus, quotus ſit Aurei numeri numerus: hæc regula eſt obſeruanda, ab anno diei Natalis Domini, ad annum in quo numerum Aureum inueſtigamus: decimus quiſq; nonus numerus eſt expellendus, addita vnitate ex Romanorum numero, quod reliquum erit, id erit Aurei numeri. Vt tamen hæc computandi ratio facilis fiat, obſeruandum eſt: ex quolibet vicenario numero vnitatem ſumendam, ex quadragenario duas, ex ſexagenario tres, ex octogenario quatuor, ex centenario quinq; in reliquis centenarijs numeris ſimiliter. Quandocunq; tamē ad vicenarium peruenerimus, vnitas eſt ſumenda: quod ſit ex quadringentis vna, ex octingentis duæ, & ſic in reliquis. Exempli gratia, ſi volueris cognoſcere, quotus ſit Aureus numerus anni 1587. dempto quolibet numero decimo nono, ſecundum rationem propoſitam, vndecim Aurei numeri reperies. Cum ſecundum veterem, & nouam poſt annum 1582. rationem docere cōſtituerim (quoniam aliquando res expoſcit, vt feſta mobilia ſint intelligēda, ante annū correctionis) de conſti-

ſtituēdo in digitis Aureo numero in primis diſſeram.

# De conſtituendo

## Aureo numero in digitorum iuncturis.

AD conſtituēdum Aureum numerum in digitorum iuncturis, decemnouenarius numerus diuidendus eſt in duos numeros: in maiores, & minores. Maiores ſunt duodecim, & reliqui ſequentes. Minores ſunt vndecim, & reliqui inferiores. Numero maiori vndecim detrahenda ſunt: & quod reliquum fuerit, additis octo, quod ex numero minori, & octo conſtiterit, in ſequenti iunctura collocabitur. Poſt quemlibet autem numerum minorem ſequens iunctura in digito vacua eſt collocanda. Digiti autem in quorum iuncturis collocantur, ſunt quatuor manus ſiniſtræ: index, medius, medicus, & auricularis. Initium autem computationis ſumitur à radice pollicis, conſtituto numero ſedecim in illa iunctura. Deinde ad indicis radicem progrediendum, & per reliquas iuncturas eiuſdem digiti: qui-

quibus peractis, ad radicem medij eſt recurrendum, ſimiliter in reliquis digitis.

# De Circulo Solari.

SOlaris Circulus ſpatium eſt octo, & viginti annorum, à Sole dictus: non quod eo tempore aliquam cum Planetis peragat progreſsionem: ſed quod literá indicet Dominicalem (hoc eſt) diem Dominicum indicantem. Qui agentibus Solis nuncupabatur. Dies namq; hebdomadis aliter à Gentibus, aliter à Iudæis appellabantur. Iudæi ſiquidem Dominicum diem primum Sabbati. 2. diē 2. Sabbati. 3. 3. Sabbati. 4. 4. Sabbati, & ſic in reliquis vſq; ad ſeptimum, quem Sabbatum nuncupabant. Obſeruandum tamen, Sabbatum hebdomadam vſurpari: aut pro Sabbato, aut pro tota hebdomade, vt in ſacri illo eloquij loco; Ieiuno bis in Sabbato (hoc eſt) duobus diebus in hebdomade. Gentes verò ſeptem Planetarum nomine ſeptem hebdomadis dies appellarunt: quæ apud nos nomenclatio (extra ſacra) & vulgari, & Latino remanet ſermone. Quare primum hebdomadis diem Solis diem nuncupabant.

bant. 2. Lunæ. 3. Martis. 4. Mercurij. 5. Iouis, 6. Veneris. 7. Saturni: quod prima illius diei orientis Solis hora ordine illi tribuitur Planetæ, cuius nomen ſortitus eſt: non temere hoc tribuitur, ſed ordine. Nam cuilibet Planetæ vna hora tribuitur ordine; ita vt poſt Solem, tribuatur Veneri, deinde Mercurio. 4. Lunæ, 5. Saturno. 6. Ioui. 7. Marti. 8. Soli: atque ita conſequenter in reliquis, ad viceſimam quintam horam, quæ prima erit diei ſequentis: quæ ordine Lunæ tribuetur, atq; ex eo dies Lunæ nuncupatur: ſimilis ratio in reliquis accidit. In Eccleſia hebdomadis dies aliter nuncupantur: nam Solis dies Dominica dicitur, dies Lunæ feria ſecunda, dies Martis feria tertia, in reliquis ſimiliter, ad diem ſeptimum, qui non ſeptima feria, ſed Sabbatum dicitur. Ex quibus circulum Solarē dici conſtat; quod diem Dominicum, qui Solis dicebatur, indicet: quo nomine primo appellatus fuit à beato Ioāne (vt conſtat) Apocalypſis capite primo: fui (inquit) in ſpiritu Dominica die. Ad huius extrahendum circuli numerum, hac vtemur ratione: vt viceſimo quoq; octauo numero à Chriſti ſeruatoris die Natali extracto, quod reliquum fuerit, id circuli Solaris eſt cenſendum. Etſi varij diuerſe hunc circulum conſtituere: cum circuli pars quælibet poſsit eſſe prima, & quæli-

bet vltima: ideo Geraldus & Ioannes à Sacrobuſto 20. addunt annis Domini. Dionyſius Abbas. 9. addidit: ego autem nihil addam annis ſalutis: ne diſcentium ingenia perturbē: & facilius res intelligatur. Computandi vero ratio per tricenarios numeros facilius inſtituetur: ex tricenario quoq; numero duo concipiātur: ex ſexagenario quatuor: ex nonagenario ſex: ex centenario ſedecim: ex duobus cētenarijs quatuor: ex quadringentenario octo: ex octingētenario ſedecim: & ſimiliter in reliquis numeris: donec ad annum in quo circulum Solis ſcire deſideramus, peruentum fuerit. Extracto ſemper viceſimo quoq; octauo numero: cum numerum compererimus, illum in quatuor digitorum iuncturis conſtituemus: ab indicis radice incipientes tranſuerſim per ſingulos digitos, donec repertus numerus in circulo Solari fuerit exactus: atque illa, in qua productus numerus iūctura terminabitur, obſeruabitur. Vt ſi volueris, anni octogeſimi ſeptimi, quotus ſit in circulo Solari numerus inueſtigare; vt eris ratione computandi ſuperius explicata: inueniesq; facile. 19. eſſe in circulo Solari. Qui numeri ſi collocentur ratione expoſita, extremus numerus in prima medici digiti iunctura, in parte exteriori manus conſtituetur. Ad hoc obſeruandæ ſunt dictiones hæ:

bo-

bonus, Amator, gregis, fecit, eſcam, dare, cunctis. Quæ ſeptem literis ferialibus deſeruiunt. Bonus, b. Amator, A. gregis, g. fecit, f. eſcam, e. dare, d. cunctis, c. à quibus dictiones incipiunt. Ad Dominici diei literam inueniẽdam, dictiones eo ordine, quo obſeruatæ ſunt, ſunt conſtituendæ in digitorum iuncturis eodem ordine: quo circuli Solaris numerus dictione in vnaquaq; iunctura vna collocata, præterquam, cum ad extremum recurritur digitum: illic enim duæ ſunt collocandæ dictiones. Quod eo duas eſſe anno literas Dominicales indicat: quod quarto quoq; anno recurrit Biſſextili ratione: de quo in ſequẽtibus diſputabitur. Atq; in conſtitutione ad illam tãdem iuncturam progrediẽdum eſt: in qua Solis circuli numerus fuerit terminat⁹: dictioq; illic collocata illius anni literam Dominicalem indicat. A bonus fiet ante annum correctionis initium in radice indicis: poſt annum correctionis ab eſcam; nam circulus ab. e. exorditur ſecundum noſtram rationem. Qui ordo ad annum 1700. ſeruatur: poſt hunc annum circulus exordietur à fecit: & hoc pacto fit varietas in cẽtenarijs non Biſſextilibus ad præcedentem dictionem. Dubium hoc in loco ſeſe offert: cur non eadẽ Dominicalis litera omnibus ſeruatur annis: facilius enim, ſi eadẽ ma-

neret, ageretur: duplici tandem de cauſa muta tur: prima cum annus ex tercentum, & ſexaginta quinq; conſtet diebus, qui ſi per ſeptem diuidantur, productus numerus eſt quinquaginta duorum, & relinquitur vnus. Cum feriarum literæ ſint ſeptem, quibus crebra repetitione omnes complemus, & numeramus hebdomadas: cum redundet vnus dies, per actis hebdomadibus terminatur Calēdarium in eadem litera, in qua incipit: itaq; litera illa geminatur, quæ eſt. A. nam ab. A. incipit: dies autem hebdomadis non geminantur: quare neceſſe èſt Dominicalem literam mutari. Vt ſi (exēpli gratia) b. ſit hoc anno litera Dominicalis, ſequenti erit. a. Altera cauſa eſt Biſſexti: vt cum Biſſextus fiat in tertio. f. Februarij cū duobus diebus in eadem ſimus litera: neceſſe eſt literam mutari Dominici diei. Hic autem circulus ex viginti octo conſtat annis: quod cū literæ ſint ſeptem feriales, & quarto quoq; anno recurrat Biſſextus: ſi ſeptem per quatuor multiplicentur, productus numerus erit viginti octo: quod eo ſpatio omnem explcant varietatem literæ feriales cum Biſſexto.

# De feſtis mobilibus.

Feſta

FEſta duplicia ſunt, quædam dicuntur mobilia, alia vero immobilia. Mobilia dicuntur, quæ nõ habet conſtitutum diem, ad eorum ſolemnitatem celebrãdam. Immobilia verò, quæ habent certum ſolemnitatis diem: huiuſmodi ſunt, quæ in Calendario ſunt obſeruata. Aliter mobilia à fixis differũt: quia fixa nullum præter rem geſtam habent myſterium: mobilia præter rem geſtã rei præteritæ aliquod ſignant myſterium. Mobilia vero ſunt, Septuageſima, Cinis, Reſurrectionis Paſcha, Rogationes, ſeu ſupplicationes, feſtũ Aſcenſionis, Pentecoſtes, feſtum Trinitatis, & Corporis Chriſti. Ad hæc inuenienda in anno, in quo volumus, illa quo die celebrentur, inueſtigare: in primis quærendus eſt illius anni Aureus numerus; & in qua digiti iunctura ſecundum regulam ſuperius explicatam ſit cõſtitutus. Præterea illius anni litera Dominicalis per circulum Solarẽ quærenda; conſtituendaq; in propria iunctura. (Habent enim literæ feriales certas in digitis iuncturas) G. habet digitorum extremitates, A. primas digitorum iuncturas exteriores, B. ſecundas, C. tertias, D. interiores digitorum radices, E. ſecundas, F. tertias. Obſeruãdus tamen digitus quidam fictitius addenduſq; ex manu dextera.

In quo iuncturis literæ accommodantur, quē-admodum in ſiniſtra. Itaq; feſta mobilia ſunt quærenda in proxima iunctura: illius anni literæ Dominicalis poſt Aurei numeri iūcturam. Si autem Aurei numeri iunctura eſt etiam ſedes literæ Dominicalis illius anni, ad ſeptimā ſequentem eſt recurrendum. Quod accidit ſecundum nouam Rationem anno 1585. de quo in ſequentibus. In anno autem Biſſextili, ita literæ cōſtituuntur: vt prior collocetur in loco proprio: altera vero in præpoſita iūctura (ſemper enim regrediendum eſt) atq; ſi literæ ſint in tribus digitis prioribus conſtituēdæ: Septuageſima, & Cinis in priori litera inueſtigantur: reliqua vero in ſecūda. Ratio eſt hęc: quoniam viceſimus quartus Februarij in Cineris computatione terminatur in extrema digiti iunctura medici. Si autem literæ conſtituantur in auriculari, & fictitio: Septuageſima tantum in priori inueſtigabitur; reliqua omnia in ſecunda. Computatio autem ab indicis radice fiet directe per eius iuncturas; quibus peractis iūcturis illius digiti, ad radicem medij progrediē-dum eſt: & ita in cæteris, donec perueniamus ad locum literæ Dominicalis anni, de quo diſſeritur. In menſibus autem numerus incipit ab eo die, quem feſtorum radicem appellant. Septuageſima radicem habet decimū octauū

Ia-

Ianuarij: Cinis quartum Februarij: Paſcha viceſimum ſecundum Martij: Rogationes viceſimum ſeptimum Aprilis: Aſcenſus triceſimum eiuſdem: Pentecoſte decimum Maij: Trinitas decimum ſeptimum Maij: Corporis Chriſti feſtum viceſimum primum eiuſdē: quæ his carminibus continentur.

Hæc cape quæ ſignant celebrandi mobile feſtum,
Carmina radices, naſcitur vnde dies.
Biſq; nouem bifrontis Iani ſeptima præſtat.
Febrius at quarto Cinerem conſpergere ſignat.
Vigintiq; duo Martis dant Paſcha ſacratum.
Viginti ſeptem præbetq; Rogatio Aprilis.
Triginta ad ſuperos Chriſtum Aſcendiſſe celebrant,
Neuma decem Maij venerari concio præſtat.
Trinus honor ſeptem poſt concelebratur in orbe,
Corporis ad feſtum celebrat viceſima prima.

ANtiqua anni ratio, ſeu Computi in multis diminuta, inconſtanſq; eſt Gregoriano Calendario facta: quod temporis mutationi mederi voluit minutorum ratione in anno à Iul. Cæſare ex 365. diebus 6. horis conſtituto: ex 6. horis quarto quoq; anno die conſtituto. Deficientibus tamen 44. minutis, anni ratio mutata eſt: & poſt annum à Cæſare ordinatum (vt ego arbitror) anno ab vrbe condita 707. 45. annis ante Seruatoris diem: à quo anno ad annū 1582. Æquinoctia, & Solſtitia anticipata ſunt 12. diebus 10. horis 7. mi-

nutis primis horæ. Quare in Paſchæ celebratione antiqua illa violabatur ratio: cum frequenter menſe ſecundo celebraretur: quod (vt Stroflerus refert) inconueniens iudicabatur maximum. Cum primo celebrari oporteret. Primus mēſis ab Æquinoctij nouilunio veris exordiebatur: menſes autem erant lunares. Quando in 24. vel 25. Aprilis Paſchæ ſolemnis dies incidebat: menſe ſecundo celebrari perſpicuum habetur. Cum (vt aliqui volūt) Æquinoctiū in quintū Idus Martij incidebat. Vt id vitaretur incommodum Gregorianum compoſitum eſt Calendarium: quo omnes Cōputi artes ſunt cōturbatę: & quicquid ab Aſtrologis fuerat calculatum: niſi decem illi dies extrahātur, Calendario extracti. Nihilominus regulis conſtructis, feſta mobilia, & reliqua vſualia per digitos, vt priſcis illis poſſunt intelligi temporibus.

Regula antiquitus tradita ad feſta mobilia, hæc eſt: quæratur nouilunium inter octauum Idus Martias, & Nonas Aprilis: & à nouilunii die quatuordecim numerentur dies: Dominica ſequenti Paſcha celebretur. Si autem decimus quartus fuerit Dominicus, in ſequentem Dominicum transferatur Paſchæ celebratio. Hoc veteris artificio: incipies à die nouilunij numerare in indicis radice interiori per iūcturas

ξturas digitorum ad quatuordecim:& dies mẽſis obſeruetur : in quo numerus terminatur: qui erit aut Martij, aut Aprilis. Dies menſis collocẽtur in medio digito in iunξturis : ſi dies fuerint Martij ſumetur initium numerandi à radice digiti : ſi Aprilis, ab extremitate digiti. Et finito numero ad iunξturam literæ Dominicalis progrediemur : & in ea iũξtura Paſchæ ſolemnitas reperietur. Si autem terminantur dies menſis in Dominicalis literæ iunξtura:ad ſeptimam progrediemur : & in illo die Paſcha celebrabitur. Reliqua feſta ex hoc ſumuntur, obſeruato à radice interuallo : ſed facilius per Epaξtas reperientur : atq; ideo hanc per Epaξtas perſequar rationem. Epaξtæ ex Aureo numero reperientur: Aureus numerus ſuperiori ratione repertus conſtituitur in pollicis iunξturis exterioribus : ſumpto ſemper exordio ab vnitate in radice pollicis exteriori:primus Aureus numerus in prima iunξtura : ſecundus, in ſecundá : tertius, in tertia:quartus in prima. Et ſic per ſingulas, iteratis vicibus, donec Aureus numerus terminetur. Et in qua terminatur Aureus numerus cum numero in iunξtura reperto ( nam in prima eſt numerus triginta : in ſecunda, decem : in tertia, viginti ) eſt Epaξta anni. Exemplum ſit, anno 1587. Aureus numerus eſt vndecim:terminatur in ſecunda iũξturas

ctura: in qua eſt decē: Epacta eſt viceſima prima. Et hac ratione facilius Epactæ cognoſcūtur, quam additione vndecim.

Epacta vero reperta collocanda in digiti iūctura eſt: collocantur autem Epactæ in digitorum iuncturis: quemadmodum ante Gregorianum Aureus numerus. Et quemadmodum in pollicis radice interiori 16. collocabatur: ſic nunc in eadem iunctura 23. collocatur Epacta. In prima indicis interiori, 22. in ſecunda, 21. in tertia, 20. in extremitate 19. in ſequenti exteriori 18. in ſequenti 17. in extrema 16. in medij radice digiti 15. in ſecunda 14. in tertia 13. in digiti extremitate 12. in prima exteriori 11. in ſequenti 10. in tertia 9. in radice medici, 8. in ſecunda 7. in tertia 6. in extremitate 5. in ſequenti 4. in ſecunda 3. in tertia 2. in radice auricularis 1. in ſecūda ſtellula * quæ futura erat 30. ſed nulla eſt 30. ideo ſtellula collocatur. In tertia Auricularis 29. in digiti extremitate 28. in prima exteriori 27. in ſecunda 26. atq; xxv. antiquo numero, quæ ex minoribus numeris vndecim gignitur, in tertia 25. numero Arithmetico, quæ ex maioribus vndecim gignitur, & 24. non tamen omnes Epactæ ſunt in quolibet tēporis ſpatio vtiles: nam ab anno 1582. ad annum 1700. excluſiue ſequentes reperiuntur.

Au-

Aure⁹ nu. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18.
Epactæ. 7. 18. 29. 10. 21. 2. 13. 24. 5. 16. 27. 8.
Aure⁹ nu. 19. 1. 2. 3. 4. 5. 6. Reliquæ deſūt quod ex
Epactæ. 19. 1. 12. 23. 4. 15. 26.
nullo gignantur numero.

Ab anno vero 1700. incluſiue ad annū 1900. excluſiue ſequentes reperiuntur Epactæ.

Aure⁹. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 1. 2. 3. 4.
Epact. 9. 20. 1. 12. 23. 4. 15. 26. 7. 18. 29. 11. 22. 3.
Aure⁹. 5. 6. 7. 8. 9. Reliquæ deſūt quod
Epact. 14. xxv. 6. 17. 28. ex nullo gignantur numero.

Ab anno 1900. incluſiue ad annum 2200, excluſiue ſequentes reperiuntur Epactæ.

Aure⁹ nu. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12.
Epactæ. 28. 10. 21. 2. 13. 24. 5. 16. 27. 8. 19. *.
Aure⁹ nu. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. Reliquæ ſi
Epactæ. 11. 22. 3. 14. 25. 6. 17. mili ratione deſunt.

Rratio hæc eſt: quoniam tātum Aurei numeri ſunt 19. Epactæ vero ad triginta piogrediuntur varijs temporibus: & ſi tantum in qualibet tabula 19. reperiuntur: quæ quidem variatio fit: quod quadringentis quibuſq; annis tres Beſſexti dimittūtur. Ne iterū Æqui

no-

noctia, aut Solſtitia præcurrant. Etſi ſeptem annis eſt hæc ratio redundans. Et quadringentis annis tempus poſtponitur per 77. minuta: nam ex minutis illis, quæ in anno deſunt: 31. annis dies vnus augetur.

# De feſtis mobilibus

## poſt annum 1582.

INuenta anni Epacta ratione ſuperius explicata; & iunctura obſeruata, in qua collocatur. Et litera Dominicali inuenta Cyclo ſolari ſuperius explicato: & conſtituta in propria iunctura: vt expoſitum fuit. Mobilia feſta ſic inueſtigantur: obſeruetur iũctura Epectæ anni: & iunctura ſimiliter Dominicalis literæ anni poſt Epactam eiuſdem proxima: in ea ſunt inuenienda iunctura: vt in antiqua ſunt explicata ratione. Sit exemplum: anno 1587. Epacta eſt 21. cuius iunctura eſt ſecunda indicis interior: litera Dominicalis d. cuius literæ iuncturæ ſunt radices digitorum interiores: feſta quæremus in radice medij digiti: quæ eſt proxima poſt Epactam. Septuageſima 25. Ianu. Cinis. 11. Feb. Reſurrectio 29. Mar.

Mar. Rogationes 4. Maij. Aſcenſus 7. Maij. Pentecoſt. 17. Maij. Trinitas 24. Maij. Corporis feſtum 28. Maij. Si tamen Epactæ iunctura eſt, quæ literæ Dominicalis: in eadem alterius digiti ſequentis inueſtigabis: vt in altera ratione eſt explicatum. Et cætera obſeruentur, vt in illo loco expoſitum eſt. Anno 1585. Epacta fuit 29. cuius iunctura eſt tertia interior digiti Auricularis: litera Dominicalis f. cuius eadem eſt iunctura: quare feſta quærenda in tertia iunctura fictitij manus dextræ. Septuag. 17. Feb. Cin. 6. Mar. Paſc. 21. Apr. Rog. 27. Maij. Aſcen. 30. Maij. Pēt. 9. Iun. Tri. 16. Iun. Cor. 20. Iun. In Biſſextili anno conſtituendæ ſunt literæ, vt ſupra expoſitum eſt, & feſta: vt in illo loco id obſeruabitur ſupra quamlibet literam Epacta inciderit ad ſequentis digiti iuncturas eſt recurrendum.

Sed vt aliquorum dubitationi reſpondeam, de mobilitatis ratione diſſeram paucula: qua ratione hæc non habeant certum ſolemnitatis diem in mēſe: nam hebdomadis diem certum habent. Noſtrum Paſcha Iudæorum paſchate figuratū fuit: quod Iudæis fuerat à Deo mādatum Exodi. 12. Leuitici. 23. & alijs in locis. Atq; Iudæi ex hoc feſto cætera legalia metiebantur feſta. Vt Leuit. 23. & alijs in locis ſcriptum eſt. Eadem prorſus ratione Chriſti cultores

tores ex Reſurrectionis feſto, mobilia tam præcedentia, quàm ſequentia cōnumerant. Nam Septuageſima hebdomadibus præit nouem; Cinis quadraginta ſex diebus: Pentecoſtes feſtum quinquaginta ſequitur diebus: ſimiliter in reliquis certum conſtitutum eſt ſpatium. Iudæi ad Paſchalem celebritatem Nouiluniū Æquinoctio proximum obſeruabant: & ab illo primum mēſem inchoabant. In cuius die decimo quarto veſpere Agnus immolabatur: & decimum quintum ſolemnem venerabantur: quicunq; eſſet ille hebdomadis dies: exceptis quibuſdam in caſibus, quæ prætermittentur. Chriſticolæ, ne figuratum à figura longe recederet, idem Æquinoctio proximum obſeruant Nouilunium: & poſt Plenilunium Dominica proxima ſacrum celebrāt Paſcha. Sed cum longo temporis ſpatio Æquinoctium ſit mutatum: nam in Chriſti Seruatoris Natalis diei tempore ad vndecimum Calendas Aprilis Æquinoctium incidebat: poſt vero ſexto Idus Martij. Quare illud ſpectabatur Æquinoctium: quod priſcis illis patribus fuit obſeruatum 21. Martij. Illamq; lunationem ſumpſere, quæ viceſimū primum excederet Martij. Quare anno 1573. Nouilunium quinto Nonas Martij fuit obſeruatum: Paſcha celebratum poſt Plenilunium decimo Calendas Apri-

Aprilis die Dominico. Nec Æquinoctium huius ætatis ſpectatur: quod ſexto Idus Martij (hoc eſt) 10. Martij die obſeruatur. Nã ſi hoc obſeruaretur Æquinoctium, Paſcha non poſſet ad ſeptimum Calẽdas Maij protrahi: vt anno 1546. ex his eſt hæc ratio nota: plura poſſem ad id afferre, ſed ne plus æquo diffundar, his conſtitui ſuperſedere.

# De Biſſexto.

CVm in hac quæſtione de Biſſexto fiat frequenter mentio: illius originem inueſtigare optimum duxi. Menſem, & annum tota Eccleſia Catholica à Romanis accepit: quare quę menſis & anni ratio fuerit, explicabitur. Romulus Romæ conditor annum ex trecentis, & quatuor diebus conſtare inſtituit, vt Ouidius primo Faſtorum dixit.

Tempora digereret cum conditor vrbis in anno,
Conſtituit menſes quinq; bis eſſe ſuo.
Quod ſatis eſt vtero matris, dum prodeat infans:
Hoc anno ſtatuit temporis eſſe ſatis.

Quos dies in decem mẽſes diſtribuit hoc ordine: Martio, qui primus erat omnium, quem à patris nomine appellauit, vnum, & triginta tribuit dies: Aprili vero triginta: quem Aprilẽ

ab

ab aperiendo dixit: vel ab aphroditi (vt aliqui volũt) quod eſt Venus. Maio triginta & vnũ: à Maia Mercurij matre ſic nũcupato, vel à maioribus. Nam Romulus diuiſit populũ in maiores, & minores: maioribus Maium dicauit, & Iunium iunioribus: à quibus Iunium appellauit, Ouid. primo faſt.

Tertius à ſenibus iuuenum de nomine quartus.

Cui triginta adhibuit dies. Quintili, ſic enim appellabatur ante Iulij tempora Iulius: quod quintus eſſet, triginta & vnum tribuit. Sextili, quo nomine Auguſtus appellabatur, quod ſextus eſſet: Septembri, Nouembri, & Decembri triginta: Octobri vero triginta, & vnum. Omnes iſti menſes ex numero, & hymbre appellati fuerunt. Itaq; ſex fuerunt menſes triceni: quatuor vero triceni ſinguli. Hæc dierũ diſtributio ſic à Romulo inuenta fuit, ex Lunæ primi conſpectu diei ad alterius menſis cõſpectum: & cum Luna poſt coniunctionem aliquando celerius, aliquãdo tardius appareat, quibuſdã ab Aſtrologis obſeruatis cauſis: quãdo tardius apparet, præcedens mẽſis plures habet dies, ſequẽs pauciores: ex prima Lunæ obſeruatione dierum numerum menſibus conſtituit: lege Macrobium lib. 1. Sa. Romulus itaq; hunc dierum numerum anno tribuit, quod eo tempore mulier grauida eſſet. Numa vero Põpilius,

pilius, ſecundus Romanorum Rex quinquaginta Romuli anno addidit dies: tot enim Lunaris annus cōpletur diebus: qui duodecim ex lunationibus conſtat. Poſtea vnum in honorem imparis numeri addidit. Quare annum cōſtare fecit ex tercentū quinquaginta quinq; diebus: eo conſilio, quod Luna duodecies curſum ſuum conficeret. Quod ſpatium eſt duodecim menſium lunarium. Additos autē dies, cum ſex detractis diebus à menſibus tricenis in duos menſes diſtribuit: quos Ianuarium, & Februarium appellauit. Ianuario viginti nouē dies, Februario octo, & viginti tribuit. Itaq, duodecim fuerunt menſes conſtituti: ſeptem noueni, & viceni: quatuor, triceni ſinguli: Februarius vero tantum habuit octo, & viginti. Reliqui vero dies, qui ad Solis curſum ſupererant, intercalabantur: Februario menſe poſt viceſimum quartum: aliquando nono quoque anno, & alter nonnunquam. Iulius vero Cæſar Summus Pontifex deſignatus, & Dictator hanc intercalandi rationem difficilem tollere cupiens, decem addidit anno Pōpilij dies. Quos ita diſtribuit: Ianuario, Auguſto, Decēbri, binos tradidit: factiq; ſunt triceni ſinguli. Aprili, Iunio, Septembri, & Nouembri ſingulos: factiq; ſunt triceni. Anno integro, qui ex Solis curſu ſumitur, quarta fere diei pars de-

erat (hoc eſt) ſex horæ demptis vndecim minutis. Ex quibus quarto quoq; anno conſtitutus eſt dies: qui menſe Februario poſt quartum, & viceſimum intercalatus eſt. Atque ideo annus Biſſextilis nũcupatus eſt: quod Biſſexto Calendas Martias eo anno dicatur: aut (vt quidam volunt) quod bis in eadem litera (hoc eſt) duobus diebus ſtetur.

Aliquid tamen in hac intercalandi ratione erroris cõmiſſum fuit: cum enim incluſiue numeretur ſecundum Latinorum rationem: triginta ſex annis duodecim ſunt intercalati dies, cum nouem tantũ intercalari oporteret. Quod Auguſtus Cæſar correxit, lapſis duodecim ſine intercalatione. Quare quarto quoq; anno excluſiue intercalari præcepit: quæ ad hæc vſque tempora ratio permanſit.

# Ad æuum Lunæ inueniendum.

LVnæ æuum ex Epacta eſt cognoſcendum: quæ quo pacto dignoſcatur iam explicatum eſt. Sumpta igitur anni Epacta, additis ſingulis diebus ex menſibus tranſactis à Martio, nam Martius in ratione Lunæ

primus eſt,& in Auguſto,& ſequẽtibus etiam menſis currentis addendus eſt dies: atque dies menſis, in quo quęrimus æuum addendi ſunt: qui numerus ſi non tricenarum pertingit numerum, id eſt æuum Lunę. Si ſuperat, id etiam eſt, quod ſuperat, æuum Lunæ. In tricenario eſt in coniunctione. In decimoquinto eſt in plenilunio. Ab vno ad quindecim dicitur Luna augeri: à quindecim ad triginta minui. Quę ratio nõ indicat horas, neq; minutias: ſed diem proximũ coniunctioni,& plenilunio. Vt quæ de Lunæ æuo dicuntur, intelligantur: obſeruãdum eſt, diem duplicem eſſe: naturalem, & ciuilem. Naturalis dies dicitur integra Solis cõuerſio ab Oriente in idem Orientis punctum. Quod viginti quatuor ſpatio fit horarum. Ciuilis vero eſt, à Solis ortu, vſq; ad occaſum: qui varius eſt: aliquando enim eſt quindecim horarum ſpatium, alias vero nouem. Qui dies ſolet in horas impares diuidi: non quod ſint eiuſdem diei horæ impares: ſed ſi conſiderentur diuerſis tẽporibus, impares ſunt. Diuiditur enim dies in duodecim horas, atq; in totidem nox. Quæ horæ in ſacris ſemper intelliguntur. Diei autẽ naturalis quatuor ſunt initia: Romani in noctis dimidio diẽ inchoãt, vſq; ad noctis dimidium. Iudæi à Solis occaſu in Solis occaſum. Sacerdotes in Eccleſia, à precibus veſpertinis.

tinis. Mathematici autem à meridie, in meridiem: quod initium hac in re ſequemur. A meridie diei qui computatur in meridiem ſequẽtis diei.

## Sub quo ſigno moue-tur Luna ſingulis diebus.

AD locum Lunæ in Zodiaco inueſtigãdum ſub ſignis, æuum Lunæ prius quærendum: quod docuit caput explicatum ſuperius; & numerus dierum Lunæ inuẽtus duplicabitur: huic numero duplicato addetur vnus quinarius: quot in toto illo numero quinarij reperiũtur: tot ſunt ſigna incluſiue à cõiunctionis ſigno numeranda: & in quo terminatur: in illo ſigno dicitur eſſe. Luna enim mouetur ſub ſigno duobus diebus, 6. horis, 39. minutis. Vt hæc intelligantur, ſigna obſeruanda ſunt: & quando Sol ingreditur in quodlibet ſignum. Signa ſunt: Aries: Taurus: Gemini: Cancer: Leo: Virgo: Libra: Scorpio: Sagitarius: Capricornus: Aquarius: Piſcis. Dicitur Sol ingredi in Arietem 21. Martij, in Taurum 20. Aprilis: in Geminos 21. Maij: in Cancrum 21. Iunij: in Leonem 24. Iulij: in Virginem 24.

Au-

Auguſti:in Libram 24.Septembris: in Scorpionem 23.Octobris;in Sagitariū 23.Nouembris:in Capricornum 22.Decembris:in Aquariū 21. Ianuarij: in Piſces 19. Februarij. Fiet itaq; ſignorum computatio, ab illo ſigno, in quo nouilunium incidet: id intelligetur:cum die coniunctionis Sol ſub quo ſigno moueatur erit notum. Signa autē in his corporis partibus dominantur: Aries in capite: Taurus in collo: Gemini in brachijs: Cancer in pectore: Leo in corde: Virgo in ventre,& inteſtinis: Libra in clunium vertebris: Scorpio in pudendis: Sagitarius in cruribus: Capricornus in genibus: Aquarius in tibijs: Piſces in pedibus. Quæritur die 20. Septembris in quo ſigno ſit Luna anno 1586. Lunæ eſt ſeptimus: qui numerus duplicatus 14.conſtituit: additis quinq; 19.fiunt eſt in quarto ſigno: quoniam nouilunium in Libra fuit: erit igitur in Capricorno 20.die Septembris, atq; ita eſſe ex Ephemeridibus cognoui. Hæc autem ratio non eſt adeò exacta vt nuſquam à loco diſtet:ſed cum parū illud ſit pro nihilo putatur.

## De gradu Solis in quo libet die.

AD Solis inquirendum gradum, quem ſingulis poſsidet diebus: hæ ſunt voces obſeruandæ.

Gratum, Gerens, Fluuius, Fundebat, Eous, Eorum, Dicta, Diuina, Dei, Cuncta, Diana, Æui.

Quæ duodecim voces menſibus ſunt tribuendæ eo, quo ſunt ordine notatæ: Ianuario gratum, Februario gerens, Martio fluuium, Aprili fundebat, & reliquis ſimiliter. Prima dictionis litera quem in abecedario numerũ teneat, obſeruãdum eſt: cui numero tria addẽda ſunt: Februario quatuor: & dierum menſis numerus addendus currentis: ex his conſtans numerus gradum, quem Sol tenet eo die ſignat, in quo quærimus: eius videlicet ſigni, in quod vltimo ingreſſus eſt. Quoto die ingrediatur in quodlibet ſignum, ſuperiori capite eſt explicatum. Hoc exemplo res illuſtrabitur: ſi quæratur 21. Ianuarij quem gradum, & cuius ſigni teneat Sol: dictio eſt gratum. Ianuarij. g. ſeptima eſt litera: additis tribus, fiunt decem: additis inſuper 21. fiunt 31. remotis 30, nam quoties ſuperãt remouẽda 1. relinquitur: eſt igitur aquarij in primo gradu. Nam quoties numerus ille attingit 30, eſt in vltimo gradu ſigni, in quod præcedenti menſe ingreſſus eſt. Si ſuperat tot gradus ſunt numerandi ſigni, in quod ingreſſus

ſus eſt eo menſe, cuius eſt dies quæſtionis. Si non attingit 30. gradus ſunt numerandi ſigni, in quod præcedenti mēſe ingreſſus eſt. Si quæratur: 10. die Aprilis quem gradum Sol teneat: dictio eſt fundebat; litera f. eſt ſexta abecedarii: additis tribus ſunt nouē additis inſuper 10. eſt in 19. gradu Arietis.

## De Indictione conſtituenda.

INdictio ſpatium eſt quindecim annorum: qua Romani ante Iulium Cæſarem vtebātur; decimo quinto quoq; anno tributa exigentes. Extrahitur autem hic circulus, ſi decimus quintus quiſq; numerus extrahatur ab anno Natalis Domini, additis tribus Romanorum: qui circulus tria luſtra continebat. Luſtrum quinq; annorum ſpatiū eſt.

## De æra.

AEra non eſt numeri multitudinis ab æs, æris: ſed in numero ſingulari inflectitur æra æris. Significat tamen initium ab aliquo

numerandi principio: vt æra Cæſaris, ſi dicas Hiſpane, el cuento de Cæſar: & æra Mahometica, el cuento de Mahoma.

## De die Feriali, & feſtis fixis.

VT ſcire poſsimus, quoto hebdomadis die fixum feſtum celebretur: hæ ſyllabæ ſunt obſeruandæ: A, dam, de, ge, bat, er, go, ci, fons, ad, de, felix: Duodecim ſunt ſyllabæ, duodecim mēſibus reſpondentes: & ſyllabæ litera inceptiua menſis inceptiuam in Calēdario ſignificat. A, primum menſem Ianuarium ab a. incipere ſignat: dam, Februarium a d. de, Martium etiam a d. ge, Aprilem a g. bat, Maium a b. er, Iunium ab, e. go, Iulium a g. ci, Auguſtum a c. fons, Septembrem ab f. ad, Octobrem ab A. de, Nouembrem a d. felix, Decembrem ab f. Hæ ſyllabæ ſeptem ferialibus literis ſeruiunt: & in medij iuncturis digiti (vt in feſtis mobilibus, ſunt collocandæ. g. in extremitate digiti. a. in exteriori ſequenti. b. in ſecunda ſequenti. c. in radice exteriori. d. in radice interiori. e. in ſequenti. f. in tertia interiori.

riori. Prætereà litera menſis inceptiua obſeruetur, & in iunctura propria, quam expoſuimus, collocetur: vt à Ianuarij in prima poſt extremitatem iunctura. d. Februarij in radice interiori, in reliquis ſimiliter. Itaque à loco literę menſis inceptiuæ, ad feſtum inueniendum, ratio eſt incipienda: & per iuncturas ducenda: & dierum numerus conſtituendus ad numeri terminum: illic litera obſeruabitur iuncturæ, & ea eſt Calendarij. A litera Dominicali illius anni hebdomadis dies numerentur, vſque ad literam termini; & in eo die, qui in eam iuncturam incidit feſtum celebrabitur. Sit exemplum. Beatus Ioannes. 24. Iunij celebratur. Iunius incipit ab, e. numerus dierum, terminatur in digiti extremitate: in qua eſt. g. litera Dominicalis anni 1577. eſt. f. ſequitur. g. ergo die Lunæ eſt celebratum. Sit aliud exemplum. Feſtum ſancti Iacobi celebratur 25. mēſis Iulij: qui menſis incipit à g. quæ eſt in extremitate digiti: Ab extremitate producatur numerus per iuncturas, terminabitur in exteriori radice digiti: in qua eſt. c. eodem anno ab. f. ſi numeremus, celebrabitur feſtum die Iouis. Hæc habui, quæ de his duxi explicanda multa poterant alia pertractari, ſed breuitati conſulens prætermittenda cenſui.

# De Dominicis vagantibus, hoc eſt, inter Pentecoſtem & Aduentum.

AD Dominicarum numerum inter Pentecoſtem, & Aduētum hæc obſeruatur regula: quot intercedunt Dominicæ à Paſchate, ad feſtum ſancti Georgij, quod feſtum 23. Aprilis celebratur: tot ſunt Dominicæ addendæ 24. Dominicis. Si nulla intercedat Dominica ante hoc poſt Paſcha feſtum, & Paſcha celebratur ante, vel in ipſo feſto 24. ſunt tātum Dominicæ: ſi vero poſt feſtum 23. ſunt tantum: id fit cum celebratur 24. & 25. Apri.

# De Dominica prima Aduentus.

ADuentus ex litera Dominicali facile intelligitur: cum. b. fuerit litera Dominicalis, prima Dominica Aduentus erit 27. Nouembris. Si c. 28. Nouembris. Si. d. 29. Si. e. 30. Nouēbris. Si f. 1. Decembris. Si. g. 2. Si. a. 3. Decembris, quibus hæc ſatis patent.

# CALENDARVM RATIO.

CAlendarum ratio tota Latina eſt: nunquam enim apud Græcos hæc ſignandi tẽporis fuit ratio reperta. Latini menſium dies Calendarum, Nonarum, & Iduum nomine ſignant. Vt hæc aperte tradantur, tres ſingulis in menſibus dies eſſe ſignatos, obſeruabimus: Calendarum, Nonarum, & Iduum. Menſis primum veteres diẽ Calendas dixere: quod nomen à verbo Græco Caleo, quod eſt voco, deriuatur. Atq; ex hoc dicitur: quod primo menſis die populus nundinas (ideſt) ferias, auditurus, aut alia, quæ toto peragi menſe oporteret, vocabatur. Secundus in menſe dies ſignatus eſt Nonarum: & quaſi nouenæ dicebãtur Macrobio autore: quod ad Iduum diem nouem intercederẽt dies incluſo vtroque extremo. Qui dies in octo menſibus quintus eſt (hoc eſt) Ianuario, Februario, Aprili, Iunio, Auguſto, Septembri, Nouembri, Decẽbri. In quib⁹ quater calo verbum geminabatur. In quatuor ſeptimus dies: Martio, Maio, Iu-

Iulio, Octobri: ſexies in his in populi vocatione verbum geminabatur. Tertius ſignatus eſt Iduum: qui in octo decimus tertius eſt, in quatuor decimus quintus. A nonis enim ad Idus in omnibus octo cõputantur. Huius nominis varia eſt Macrobio autore ratio: ſed ab Iduare dici dixit: quod Hetruſca lingua diuidere eſt: quod mẽſem diuidat. Sed cum ſint ſeptem triceni ſinguli mẽſes, cum nonarum numerus ex numeroſiori mẽſium numero dierum augeatur: cur quatuor tantũ ſex ſint nonarum: cum hæc numerandi ratio ſumpta ante Iulium Cæſarem fuerit: illi quatuor menſes reliquos octo duobꝰ ſuperabant diebꝰ: cum aucti fuerũt mẽſes, additi dies intercalati ſunt à Iulio Cæſare poſt Nonas, & Idus: ne Nonarum, & Iduum religio, quæ ſtatuto erat die, nouella (vt Macrobiꝰ refert) comperẽdi natione corrumperetur. Et Cæſar in his nihil immutãdum cẽſuit: quæ anni conſtitutio facta à Cæſare fuit iam dictatore, anno fere 707. ab vrbe cõdita. Quare Calendarũ in Ciceronis Epiſtolis ſecũdum priſcã anni conſtitutionem ratio eſt explicãda. Omnes fere fuerunt ſcriptæ ante Cæſaris anni cõſtitutionem. In illis, quæ poſt: ſecundum nouam rationem: vt in Epiſtola ad Ligarium ſecũda, cuius Epiſtolæ varia eſt lectio: Calep. 3. Calendas intercalares legit: quæ potior mihi viſa eſt

le-

lectio. Quatuor itaq; ſunt in Octo mēſibus nonarum,& cum primus ſit Calendarum,quinto die terminātur. In quatuor ſex,& ſeptimo terminantur. Et Iduum octo omnibus pariter tribuūtur: in octo eſt decimus tertius: in quatuor (vt dixi) decimus quintus. Atq; primo die Calendis dicitur: deindè ad Nonas vſq; ad quintū in octo, in quatuor ad ſeptimum fit computādi ratio. A Nonis ad Idus in octo ad decimum tertium, in alijs ad decimum quintum. Ab Idibus qui ſequuntur dies, ad menſis ſequētis Calendas referuntur. Ad rationem extrahendam dies dati inſpiciatur, an in Calendarū ſpatium, an Nonarum, an Iduum incidat: in Nonarū, & Iduum ſpatium, à die dati ad diem Nonarū vel Iduum dies numerentur: addito vno productus ex his numerus eſt collocādus. Exemplum ſit: Dies dati ſit quartus Maij, dices quarto Nonas Maij, vel ad quartū. In Calendis duo ſunt addendi: & à die dati vſq; ad extremum ſunt computandi: & ex repertis, & additis numerus productus eſt collocandus: Sit dati viceſimus Aprilis: dices duodecimo Calēdas Maij. Quæ ſi Latine reperiantur, ratio eodem eſt exponenda pacto: à die dati ad diem ſignatum illius menſis quot intercedant dies, ſimiliter in Nonis, & Idibus ſingulis additis, productus numerus ſignificatur. Poſt Idus ad menſis extremum,

mum, à die dati duobus additis productus numerus dierum ſignatur: vt ſi Latine ſit octauo Calendas Aprilis: ab octo ad vltimum Martij (nam in Calendis, præcedentis menſis dies numerantur) viginti tres intercedunt: additis duobus viceſimus quintus ſignatur dies. Quæres fortaſſe, cur hæc fiat additio: tam in Nonis, quã in Idibus vnius: in Calendis duorum: ratio eſt: quoniam Hiſpana ratio excluſiua eſt: Latina vero incluſiua. Ideſt in Hiſpana alterum tantum extremum includitur: in Latina vtrumq; comprehendi deſideratur. Eſt obſeruandum præterea, ſecundo Nonas, Idus, Calendas non dici: ſed Pridie Nonas, Idus, id dixit Sacr. Buſt. nam ſecundo à ſequendo dicitur, & dies ſequi deberet, ſi ita diceretur, poſtridie vero Nonas, Idus, & Calendas rarus eſt ſermo: atq; apud Ciceronem vix reperies. Dicitur vſq; ad Pridie Calendas, & ad Pridie Idus à Cice.

In Biſſextili anno, de quo in Computo locuti ſumus: in Calendarum ratione Februario nichil ad viceſimum quartum viginti octo numerantur dies: poſt viceſimum quartum dies numerantur, viginti noue. Et viceſimo quarto ſexto Caledas intercalares priores, & viceſimo quinto ſexto Calendas intercalares poſteriores dicendum eſt. Viceſimo ſexto quinto Calendas intercalares, non priores; neq; poſteriores:

&

& quarto Calendas intercalares: tertio Calendas intercalares, & Pridie Calendas intercalares: nec addendum priores, neque poſteriores. Nam apud Ciceronem lib. 6. Epiſt. ad Ligariũm, in aliquibus codicibus in emendate legitur: ad Pridie Calendas intercalares priores: in alijs ad quintum tantum legitur: Calepinus ad tertiũ Calẽdas intercalares ſcripſit. Non enim eſt quod ad datur priores: nam in illis differẽtiæ gratia additur. In hoc nõ eſt dubium, quis ſignetur dies, his, qui hujus rei rationẽ callent.

## Quatuor dies Lunæ inepti, & infelices.

PRimus, primus dies Lunæ Aprilis, in quo Segor, & Magor fuerũt incenſa.

Secũdus, primus dies Lunæ Auguſti, in quo Cainus interfecit Abelum.

Tertius, primus dies Lunæ Septembris, in quo Iudas natus fuit.

Quartus, quartus dies Lunæ Decembris, in quo Herodes occidit Infantes.

# IN HOMINVM VOTA LAMENTATIO.

O Curas, ô vota virum mundiq; labores?
  Sollicitos homines quid peritura trahunt?
O rerum Domini? quid tantum fiditis illis?
  Obruit indomito dira procella noto.
Quid confert nimia congeſta pecunia cura?
  Et tituli? ſubito ſi leuis Aura rapit.
Imperio turgeſcit homo ſublatus ad Auras:
  Iam, iam tacturum ſidera, pellit hyems.
O ſpem fallacem? cæcaſq; cupidine mentes?
  Incertis trahitur ſpes animoſa virum.
Mortalis, quam captas, eſt fugitiua voluptas:
  Deſerit in medio turbine fracta ratis.
Quid ſumus, o miſeri niſi puluis motus ab Aura:
  Fractaq; momento bulla caduca breui.
Et fragili vitro ſimiles, vmbreq; fugaci:
  Tangere ſi cupias, dixeris eſſe nihil.
Atq; roſis, quæ mane rubent, & veſpere languent:
  Puniceuſq; perit ſole cadente color.
Quantumuis valeas opibus, ſit clara poteſtas:
  Deturbant ſubito ſtagna fluentis aquæ.

Laus Deo.

# LOS que querran ſin tanto artificio ſaber las fieſts mouibles, podrã

perpetuamente por eſta tabla, ſabiendo primeramẽte la letra Dominical, y la Epacta del año en que las que a ſaber. Para ſaberlas perpetuamẽte, auianſe de poner muchas tablas de la letra Dominical, y Epacta: pero por euitar prolixidad, ſolo pondre na tabla de letra Dominical, y otra de Epacta, que ſeruiran deſde el año de 1583. haſta el de 1700. excluſiue. Buſcaran la letra Dominical por la tala para el año en que quiſierẽ: y mirarã en las cinco lineas de la Epacta, que hay para cada letra, en que linea eſta la Epacta de aquel año: y defrente hallarã todas las fieſtas mouibles, a quãtos del mes ſon. En el año de 1588. letras Dominicales ſeran C. y B. porque es año de Biſsieſto, Aureo numero 12. Epacta 2. Septuageſima a 14. de Febrero, la Ceniça buſcar ſe ha en la letra B. 2. de Epacta: y todas las demas en la letra B. La Ceniça a 2. de Março, Paſcua a 17. de Abril, y las demas como ſe ſigue. Ha ſe de aduertir, que en el año del Biſsieſto, ſi la Ceniça fuere antes de 24. de Febrero, ſe ſica por la primera, y ſi deſpues de 24. por la ſegunda, en vna meſma Epacta.

| Letra domi. | Epacta. | ſeptua-geſima. | Ceni-ça. | Paſcua. | Leda-nias. | Aſcen-ſion. | Pente-coſte. | Trini dad. | Corpus Chriſti. | Domi. vagãt. | Aduien-to. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| D | 23. | 18, Ener. | 4. Febr. | 22. Mar. | 27. Abril. | 30. Abril. | 10. Mayo, | 17. Mayo, | 21. Mayo, | 28. | 29. Nouiembre. |
| | 22. 21, 20. 19. 18. 17. 16. | 25. Ener. | 11. Febr. | 29. Mar. | 4. Mayo. | 7. Mayo. | 17. Mayo, | 24. Mayo, | 28. Mayo. | 27. | 29. Nouiembre, |
| | 15. 14. 13. 12. 11. 10. 9. | 1. Febr. | 18. Febr. | 5. Abril. | 11. Mayo. | 14. Mayo. | 24. Mayo, | 31. Mayo, | 4. Iunio. | 26. | 29. Nouiembre, |
| | 8. 7. 6. 5. 4. 3. 2. | 8. Febr. | 25. Febr. | 12. Abril. | 18. Mayo. | 21. Mayo. | 31. Mayo, | [illegible] Iunio. | 11. Iunio. | 25. | 29. Nouiembre, |
| | 1. *. 29. 28. 27. 26 xxv. 25. 24. | 15. Febr. | 4. Març. | 19. Abril. | 25. Mayo. | 28. Ma[illegible] | [illegible] | [illegible] | [illegible] | [illegible] | 29. Nouiembre, |
| E | 23. 22. | 19. Ener. | 5. Febr. | 23. Mar. | 28. Abril. | 1. Mayo, | 11. Mayo, | 18. Mayo, | 22. Mayo, | 28. | 30. Nouiembre, |
| | 21. 20. 19. 18. 17. 16. 15. | 26. Ener. | 12. Febr. | 30. Mar. | 5. Mayo, | 8. Mayo, | 18. Mayo, | 25. Mayo, | 29. Mayo | 27. | 30. Nouiembre, |
| | 14. 13. 12. 11. 10. 9. 8. | 2. Febr. | 19. Febr. | 6. Abril, | 12. Mayo, | 15. Mayo, | 25. Mayo, | 1 Iunio, | 5. Iunio, | 26. | 30. Nouiembre, |
| | 7. 6. 5. 4. 3. 2. 1. | 9. Febr. | 26. Febr. | 13. Abril. | 19. Mayo. | 22. Mayo, | 1. Iunio. | 8 Iunio, | 12. Iunio, | 25. | 30. Nouiembre, |
| | *. 29, 28. 27. 26 xxv. 25. 24. | 16. Febr. | 5. Mar. | 20. Abril. | 26. Mayo. | 29. Mayo, | 8. Iunio, | 15. Iunio, | 19. Iunio, | 24. | 30. Nouiembre, |
| F | 23. 22. 21. | 20. Ener. | 6. Febr. | 24. Mar. | 29. Abril, | 2. Mayo, | 12. Mayo, | 19. Mayo, | 23. Mayo, | 28. | 1. Deziembre, |
| | 20. 19. 18. 17. 16. 15. 14. | 27. Ener. | 13. Feb. | 31. Mayo, | 6. Mayo, | 9. Mayo, | 19. Mayo, | 26. Mayo, | 30. Mayo, | 27. | 1. Deziembre, |
| | 13. 12. 11. 10. 9. 8. 7. | 3. Febr. | 20. Febr. | 7. Abril, | 13. Mayo, | 16. Mayo, | 26. Mayo | 2. Iunio, | 6. Iunio, | 26. | 1. Deziembre, |
| | 6. 5. 4. 3. 2. 1. *. | 10. Febr. | 27. Febr. | 14. Abril, | 20. Mayo | 23. Mayo, | 2. Iunio, | 9. Iunio, | 13. Iunio, | 25. | 1. Deziembre, |
| | 29. 28. 27. 26 xxv. 25. 24. | 17. Febr. | 6. Mar. | 21. Abril. | 27. Mayo | 30. Mayo, | 9. Iunio, | 16. Iunio, | 20. Iunio | 24. | 1. Deziembre, |
| G | 23. 22. 21. 20. | 21. Ener. | 7. Febr. | 25. Mar. | 30. Abril, | 3. Mayo, | 13. Mayo, | 20. Mayo | 24. Mayo | 28. | 2. Deziembre, |
| | 19, 18. 17. 16, 15, 14. 13. | 28. Ener. | 14. Febr. | 1. Abril, | 7. Mayo, | 10. Mayo, | 20. Mayo | 27. Mayo | 31. Mayo, | 27. | 2. Deziembre, |
| | 12. 11. 10. 9. 8. 7. 6. | 4. Febr. | 21. Febr. | 8. Abril, | 14. Mayo, | 17. Mayo, | 27. Mayo, | 3. Iunio, | 7. Iunio, | 26. | 2. Deziembre, |
| | 5. 4. 3. 2. 1. *. 29. | 11. Febr. | 28. Febr. | 15. Abril, | 21. Mayo, | 24. Mayo | 3. Iunio, | 10. Iunio, | 14, Iunio | 25. | 2. Deziembre, |
| | 28. 27. 26 xxv. 25. 24. | 18. Febr. | 7. Mar. | 22. Abril, | 28. Mayo, | 31. Mayo, | 10. Iunio, | 17. Iunio, | 21. Iunio, | 24. | 2. Deziembre, |
| A | 23. 22. 21. 20. 19. | 22. Ener. | 8. Febr. | 26. Mar. | 1. Mayo, | 4. Mayo | 14. Mayo, | 21. Mayo, | 25. Mayo, | 28. | 3. Deziembre, |
| | 18. 17. 16. 15. 14. 13. 12. | 29. Ener. | 15. Febr. | 2. Abril. | 8. Mayo, | 11. Mayo, | 21. Mayo, | 28. Mayo | 1. Iunio, | 27. | 3. Deziembre, |
| | 11. 10. 9. 8. 7. 6. 5. | 5. Febr. | 22. Febr. | 9. Abril. | 15. Mayo, | 18. Mayo, | 28. Mayo, | 4. Iunio, | 8. Iunio, | 26. | 3. Deziembre, |
| | 4. 3. 2. 1. *. 29. 28. | 12. Febr. | 1. Mar. | 16. Abril, | 22. Mayo, | 25. Mayo, | 4. Iunio, | 11. Iunio, | 15. Iunio, | 25. | 3. Deziembre, |
| | 27. 26 xxv. 25. 24. | 19. Febr. | 8. Mar. | 23. Abril, | 29. Mayo, | 1. Iunio, | 11. Iunio, | 18. Iunio, | 22. Iunio, | 24. | 3. Deziembre, |
| B | 23. 22. 21. 20. 19. 18. | 23. Ener. | 9. Febr. | 27. Mar. | 2. Mayo, | 5. Mayo, | 15. Mayo, | 22. Mayo | 26. Mayo, | 27. | 27. Nouiembre, |
| | 17. 16. 15. 14. 13. 12. 11. | 30. Ener. | 16. Febr. | 3. Abril. | 9. Mayo, | 12. Mayo, | 22. Mayo, | 29. Mayo, | 2. Iunio, | 26. | 27. Nouiembre, |
| | 10. 9. 8. 7. 6. 5. 4. | 6. Febr. | 23. Febr. | 10. Abril, | 16. Mayo, | 19. Mayo, | 29. Mayo | 5. Iunio, | 9. Iunio, | 25. | 27. Nouiembre, |
| | 3. 2. 1. *. 29. 28. 27. | 13. Febr. | 2. Mar. | 17. Abril. | 23. Mayo, | 26. Mayo, | 5. Iunio, | 12. Iunio, | 16. Iunio, | 24. | 27. Nouiembre, |
| | 26 xxv. 25. 24. | 20. Febr. | 9. Mar. | 24. Abril, | 30. Mayo | 2. Iunio, | 12. Iunio, | 19. Iunio, | 23. Iunio, | 23. | 27. Nouiembre, |
| C | 23. 22. 21. 20. 19. 18. 17. | 24. Ener. | 10. Febr. | 28. Mar. | 3. Mayo, | 6. Mayo, | 16. Mayo, | 23. Mayo, | 27. Mayo, | 27. | 28. Nouiembre, |
| | 16. 15. 14. 13. 12. 11. 10. | 31. Ener. | 17. Febr. | 4. Abril, | 10. Mayo, | 13. Mayo, | 23. Mayo, | 30. Mayo, | 3. Iunio, | 26. | 28. Nouiembre, |
| | 9. 8. 7. 6. 5. 4. 3. | 7. Febr. | 24. Febr. | 11. Abril, | 17. Mayo, | 20. Mayo | 30. Mayo | 6. Iunio, | 10. Iunio, | 25. | 28. Nouiembre, |
| | 2. 1. *. 29. 28. 27. 26 xxv. | 14. Febr. | 3. Mar. | 18, Abril, | 24. Mayo | 27. Mayo, | 6. Iunio, | 13. Iunio, | 17. Iunio, | 34. | 28. Nouiembre, |
| | 25. 24. | 21. Febr. | 10. Mar. | 25. Abril, | 31. Mayo, | 3. Iunio, | 13. Iunio, | 20. Iunio. | 24. Iunio | 23. | 28. Nouiembre, |

Porque para ſaber las fieſtas mouibles por la tabla perpetua, es neceſſario ſaber la Epacta, la qual ſe ſabe del Aureo numero, podra ſe ſaber por la tabla debaxo pueſta, deſde el año de 1583. haſta el de 1700. començando a contar por el año de 1583. en el primer numero q̃ es ſiete, contãdo en cada numero vn año, y acabada la tabla boluiẽdo al principio, contãdo en cada numero vn año, conſecutiuamente, haſta el año en que ſe buſca: y donde cayere el año aquel es el Aureo numero, y la Epacta defrente. Y porque ſeria largo contar deſde 1583. haſta el de 1700 quando llegarẽ, o paſſaren de los años infraſcriptos, començar ſe ha por ellos, como por el de 1583.

Los años ſon eſtos.

| | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 1602. | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | |
| 1621. | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | |
| 1640. | Aureo nu. | 7. | 8. | 9. | 10. | 11. | 12. | 13. | 14. | 15. | 16. | 17. | 18. | 19. | 1. | 2. | 3. | 4. | 5. | 6. |
| 1659. | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | |
| 1678. | Epacta. | 7. | 18. | 29. | 10. | 21. | 2. | 13. | 24. | 5. | 16. | 27. | 8. | 19. | 1. | 12. | 23. | 4. | 15. | 26. |
| 1697. | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | |

Como para ſaber las fieſtas mouibles por tabla perpetua, es neceſſario ſaber la letra Dominical del año por eſta tabla, la podran ſaber deſde el año de 1583. haſta el año de 1700. començando à contar por la primera letra, que es b. por 1583. dando a cada letra ſu año: y ſi los años fuerẽ tantos q̃ ſe acabe la tabla, començar con los ſiguientes, dãdo a cada letra ſu año: y en el que ſe hallarẽ dos letras vna debaxo de otra, es Biſsieſto, y la primera ſirue haſta la fieſta de ſant Mathia, y la otra lo reſtante del año. Y porq̃ ſeria largo contar deſde 1583. haſta 1700. quãdo llegaren, o paſſaren de los numeros debaxo ſeñalados, començar ſe ha por ellos, como para buſcar la letra Dominital del año de 1617. començaremos a contar en la primera letra por 1611. anſi meſmo en los demas.

Los años ſon.

| | | | | | | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 1611. | 1583. | B. | A. | F. | E. | D. | C. | A. | G. | F. | E. | C. | B, | A. | G. | E. |
| 1639. | | | G. | | | | B. | | | | D. | | | | F. | |
| 1667. | | D. | C. | B. | G. | F. | E. | D. | B. | A. | G. | F. | D. | C. | | |
| 1695. | | | | A. | | | | C. | | | | E. | | | | |

Como en collocar los numeros Arithmeticos haya grande difficultad, facilmente ſe pone vn numero por otro: y para que por eſta cauſa, no ſe cayga en algun error, yran notados los interualos que hay de fieſta a fieſta, contando incluſiue. De la Septuageſima a la Ceniça, van 18. dias. De la Ceniça a Paſcua 47. dias. De la Paſcua de Reſurrection haſta las Ledanias 37. dias. De las Ledanias al Aſcenſion 4. dias. De la Aſcẽſion a Paſcua del Eſpiritu ſancto 11. dias. De la Paſcua haſta la Trinidad 8. dias. De la Trinidad haſta la fieſta del Corpus 5. dias. Contar incluſiue, es contar los dos extremos.

En Hueſca, impreſſa por Iuan Perez de Valdiuielſo, año 1586.

UNIVERSIDAD Y PROVA
BIBLIOTECA
DE ZARAGOZA